Horatius Flaccus, Quintus; Locher, Jakob [Hrsg.]: Opera

Straßburg, 12.III.1498 [GW 13468] [Sack 1887] Seite 98b

# Epodon

i. molestijs vrbane vite
q
b Eatus ille qui procul negocijs
antiqua
r
Vt prisca gens mortalium
a patre sibi relicta colit
Paterna rura bobus exercet suis.
liber vsura
s
Solutus omni fœnore:
t tuba terribili
Nec excitatur classico miles truci
timet tempestuosum.
Nec horret iratum mare
v
Forumq; vitat: & superba ciuium
per hec salutatorum officia innuit
Potentiorum limina.
x y
Ergo aut adulta vitium propagine
z
Altos maritat populos.
secreta
Aut in reducta valle mugientium
pascentes.
Prospectat. errantes greges
Inutilesq; falce romos amputans.
fertiles
a
Fœliciores inserit
emuncta vasis
b
Aut pressa puris mella condit amphoris
imbecilles & molles
Aut tondet infirmas oues:
c d
Vel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit.
ipse rusticus
e
Vt gaudet insitiua decerpens pira
f
Certantem & vuam purpure
vua
g
Qua munerentur te priape & te pater
custos agri
Siluane tutor finium.
rustico placet magna
Libet iacere modo sub antiqua ilice
eo q terram radicibus stringat & cespite
Modo in tenaci gramine:

q BEATVS ille. Virg. quoq; li.ii.ge. ait. O fortunatos nimiũ sua si bona norint Agricolas q bus ipsa procul discordibus armis. Fundit humo facilem victum iustissima tellus. Si nõ ingentem foribus domus alta superbis. Mane salutantum totis vomit edibus vndam. Nec varios inhiant pulchra testudine postes. Illusasq; auro vestes epireamq; ęra. Alba neq; assirio fuscatur lana veneno. Nec cassia liquidi corrumpitur vsus oliui Et secuta quies & nescia vellera vita. Diues opum variarum at latis ocia fundis. Spelunce viui lacus ac frigida tempe. Mugitusq; boũ molles sub arbore somni. Non absunt illic saltus & lustra ferarum. Et patiens operũ paruoq; assueta iuuentus Sacra deum sanctiq; patres extrema per illos. Iusticia excedens terris vestigia fecit.

r VT prisca gens. Antiquitatẽ significat. cuius aurea secula credita sunt. quod preter ciuitatum munitiones oẽs in agris viuebã.

s SOLVTVS o. f. Non enim cura fœnerandi afficitur. sed sola agricultura contentus est.
t NEC exercitatur c. Vite incõmoda quibus rustici carent prosequitur. non enim rustici auaritię causa militiam subeunt non nauigandi curam non salutandi tedia.

☞ v FORVMQVE vitat. Forũ iudicatorum & litium sedes vt marcellus docet forũ est negociatoris locus forum est in quo iudicia fieri solent vt festus asserit prosequit aũt nũc quibus incommodis carent rustici. Primo enim dixit quod nauigant vt mercatores. qui questus causa periculosissimas nauigatiões suscipiunt. Posuit autẽ tria quibus homines rem suam augere student. Fœnus. militiam. & nauigationem. addit & quartũ nam multi patrocinando ditescunt. Addit & quintam infœlicitatẽ vitę ciuilis qua rusticus caret. nã non sunt sibi salutandi potentiores ciues. quorũ patrocinio ipse cum ambitiosus sit. magistratus querit.

x ERGO aut adulta. Rusticę vite commoda atq; oblectationes incipit explicare priusq; de verno tempore.

y VITIVM propagine. Propagationum vero genera ac modos legito columellam li. iii.

z MARITAT populos. hoc ait. quoniam vt scribit. li. iii. Columella de arbustis. Vitem maxime populus alit deinde vlmus deinde fraxinus.

a FELICIORES inserit. De insitione videto Pli. li. xvii.

b PRESSA mella. Pressa ait quoniam pressis fauis mella defluunt. vnde Vir. li. iiii. ge. Mella premes. Sunt autem mellis conficiẽdi duo tempora ver atq; autumnus. Vernum suauius candidius omnino prestantius autumnali est Auctor est Arestotiles, li. ix. de animalibus.

c VEL cum decorum. Autũni commoda narrat.

d DECORVM caput. Poetico more autũni describit. q. corporalem deum pomis coronatum. Festus inquit Autumnum dictum quod tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus.
e VT. Hoc in loco admirantis est. posset etiam exponi vt quemadmodum.

f CERTANTEM & vuam purpurę. Nigram vuam intelligit mixto rubore quodam. purpura enim piscis est in cõcha degens quę florem illum tinguendis expetitum vestibus in mediis habet faucibus liquoris hic minimi est in candida vena vnde pretiosus ille bibitur nigrantis rosę colore sublucens reliquũ corpus sterile auctor est pli. li. ix.
g QVA munerentur Pli. lib. xviii. scribit quod olim non gustabant nouas fruges aut vina antequam sacerdotes primitias libassent.

☞ g LIBET iace. Artificiosũ carmẽ nã maxima laus est agriculture cum tantum possit mouere homines. vt etiam auarissimos dũ cupiditas pecunię cedit rationi ad se amandum alliciat. Inducit igitur alpheum fœneratorem rusticam rem laudantem.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0200
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg